Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



miam et ipsa ait gemens aversa et retrorsum. Deth.
Sordes eius in pedibus eius non recordata est finis
sui. Depositi est vehementer non habens consolatorem. Vide
domine afflictionem meam quoniam erectus est inimicus. Joth.
Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius
quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum. De quibus
preceperas ne introirent in ecclesiam tuam. Caph. Omnis
populus eius gemens et querens panem. Dederunt quas
pretiosa pro cibo. ad refocillandam animam. Vide
domine et considera quoniam facta sum vilis. Lamech.
Vos omnes qui transitis per viam attendite et videte
si est dolor sicut dolor meus. quoniam vindemiavit
me. ut locutus est dominus in die furoris sui. Men.
De excelso misit ignem in ossibus meis et erudivit
me. expandit retia pedibus meis. avertit me
retrorsum. posuit me desolatam. tota die
merore affectam. Sam. Vigilavit iugum
iniquitatum mearum in manu eius advolute sunt et impo
site collo meo. infirmatus est virtus mea. Dedit
me dominus in manus de quibus non potest surgere. Samech.
Abstulit dominus omnes magnificos meos de medio mei.
vocavit adversum me tempus ut contereret electos
meos. Torcular calcavit dominus virgini filie iu
da. Ayn. Ideo ego plorans oculis meis deduc
es aqua. quia longe fecit a me consolator. avertens
animam meam. facti sunt filii mei perditi. quoniam inva
luit inimicus. Phe. Expandit syon manus suas
non est qui consoletur eam. mandavit dominus adversum ia
cob in circuitu eius hostes eius. facta est ierusalem quasi pol
luta menstruis inter eos. Sade. Justus est dominus quia os
eius ad iracundiam provocavit. audite obsecro
omnes populi et videte dolorem meum. Virgines
mee et iuvenes mei abierunt in captivitatem.
Coph. Vocavi amicos meos ipsi deceperunt
me. sacerdotes mei et senes mei in urbe consump
ti sunt. quia quesierunt sibi cibum ut refocillarent animas
suas. Res. Vide domine quoniam tribulor. conturbatus est venter
meus. subversum est cor meum in memetipso quoniam
amaritudine plena sum. foris mucro gladius
et domi mors similis est. Syn. Audierunt quia
ingemisco ego. non est qui consoletur me. omnes inimici mei
audierunt malum meum letati sunt quoniam tu fecisti. Ad
duxisti diem consolationis et fient similes mei. Thav.
Ingrediatur omnem malum eorum coram te et vindemia
eos sicut vindemiasti me propter iniquitates meas. multi
plicatus sunt gemitus mei et cor meum merens. II Allph.
Quomodo obtexit caligine in furore suo dominus
filiam syon. proiecit de celo in terram decus israel
et non est recordatus scabelli pedum suorum in die
furoris sui. Beth. Precipitavit dominus nec pepercit
omnia speciosa iacob destruxit in furore suo munimi
na filiarum iuda. deiecit in terram polluit
regnum et principes eius. Gyml. Confregit in ira
furoris sui omne cornu israel. avertit retrorsum
dexteram suam a facie inimici et succendit in ia
cob sicut ignis flamme devorantis in gyro. Dalet. Te
tendit arcum suum sicut inimicus firmavit dexteram
suam sicut hostis et occidit omnem quod pulchrum erat
in tabernaculis filie syon effudit sicut ignem in
dignationem suam. He. Factus est dominus velut inimicus
precipitavit israel. Precipitavit omnia munia eius
dissipavit munimina eius et replevit in filia
iuda humiliatam et humiliatam. Vau. Et dissipa
vit sicut ortum tentorium suum. demolitus est ta
bernaculum suum. obliviosi fecit dominus in syon festi
vitatem et sabbatum. et obprobrium et indignationem fu
roris sui regem et sacerdotem. Zay. Repulit dominus
altare suum maledixit sanctificationi sue. tradidit
in manus inimici muros turrium eius. vocem dederunt
in domo domini sicut in die solemni. Heth. Cogitavi
dominus dissipare murum filie syon tetendit funi
culum suum et non avertit manum suam a perdicione. luxatus
est murus et murus dissipatus est. Theth. Defixe
sunt in terra portae eius perdidit et contrivit vectes eius.
reges eius et principes eius. in gentibus non est lex et
prophete eius non invenerunt visionem a domino. Joth. Sedent
in terra conticuerunt senes. filie syon consperserunt
cinere capita sua. Virgines iherusalem incinctae sunt cili
ciis. abiecerunt in terra capita sua virgines iuda.
Caph. Defecerunt prae lacrimis oculi mei. conturbata sunt